



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

61. Quid dicendum de Consulentibus, & auxiliantibus, an & quando
incidant in poenas dictae Bullae Greg. XIII? Ex p. 7. tr. 4. res. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. LX.

An si quis sciat aliquem violasse dictam Bullam, antequam ipsum denunciaret, teneatur adhibere correctionem fratrem? Ex p. 7. tr. 4. Ref. 12.

§. 1. **N**egativè responder Boccatius tract. de pascis, p. 1. n. 52. ubi post multa sic asserit. Hic circa pasciscentes, promittentes, dantes, & recipientes sumus in peccato, & delicto commissio contra legem Pontif. prolatam pro bono publico, unde non est opus denunciatione Evāg. vel correct. fraterna, sed est locus delationi ad Pontif. ut faciat quicquid sibi videatur, maxime quia huiusmodi delinquentes excommunicati non possunt ab aliquo absolui, nisi à Sum. Pontif. quæ est ei reservata in d. Constit. Abbas in c. fin. col. 3. vers. aut habemus, de temp. ordin. Nam istud delictum inducit privationem beneficiorum ipso iure ultra infamiam notam Abb. in d. e. fin. col. 4. vers. causa autem quare, & delictum D. Th. Alphonsus in pract. crim. canon. in tit. denunciatione Evāg. concl. 3. sequitur, & allegat alios tenentes eandem opin. Præterea non sumus in denunciatione Evāg. & sic circa ea quæ proveniunt ex præcepto Domini, sed circa ea, quæ proveniunt ex iure positivo Pontifici, & ista non vocatur denunciatio Evangel. sed judicialis, Alfonso in d. pract. crim. de denunciat. judiciali, cap. 1. quare videtur, quod dicta per Navarrum non applicentur. Hucusque Boccatius.

2. Sed sententiam affirmativam Navarrus tenet Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. pun. 3. n. 20. ubi ita ait: Suboritur difficultas utrum qui novit aliquod delictum commissum contra hanc constitutionem, teneatur delinquentem fraterna correctione admonere, antequam denunciaret?

3. Respondeo affirmativè, modò ex correctione fructum speret. Ratio est, quia Prælati non est obediendum contra Domini præceptum: nam Deo magis, quam hominibus obedire oportet, Act. 7. præceptum autem Domini est ut frater delinquens prius privatim corrigatur, quàm denunciatur: corripere eum inter te, & ipsum solum, inquit Christus in Evāg. sic Bonac. cui adde P. Dicastr. de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 6. dub. 9. n. 254. ita asserentem? Dubitari verò potest, an qui novit aliquod delictum commissum contra hanc constitutionem, teneatur delinquentem fraterna correctione admonere, antequam denunciaret?

4. Huius dubij solutio dependet ex regula generali de correctione fraterna sub loco explicanda. Ex qua nunc deduco debere præmitti prædictam correctionem, si ex ipsa fructus speretur. Ita generaliter docet Vasquez ex Navar. in opuscul. de Restit. c. 9. §. 1. n. 4. ubi loquens de delinquentem manifestando sub excommunicationis sententia, sic ait: Si verò persona manifestantur, & in Ref. da est, tunc non statim, sed præmissis ordine Evangelicæ correctionis, ut inter te & ipsum solum admonere; si te non audierit, adducito tres testes, &c. Hæc

Ref. 45. a Vasq. eandem doctrinam docent Pet. Navarr. lib. 2. Ref. 51. Ex cap. 4. n. 247. Reginal. lib. 2. n. 60. Clavis Regia lib. 1. 2. dictis. & in c. 14. n. 27. Navarrus in sum. c. 25. n. 40. Enriq. lib. 13. alio §. caru cap. 18. Lazar. in monit. sect. 2. q. 7. Praxis Neap. c. 2. n. 2. Sylvest. ver. Denunciatio q. 4. Sotus §. de iust. q. 5. art. 1. Ref. 3. §. Sed. Avila de cens. 2. p. disp. 5. c. 5. dub. 4. concl. 1. Suar. de cens. ad lin. 9. & disp. 20. sect. 3. n. 2. Filliuc. tr. 14. tom. 2. q. 1. & alij multi. Ratio est, quia Prælati non est obediendum contra Domini præceptum, qui eum ordinem servari præcipit. Et huic doctrinæ libenter adhæreo, exceptis tamen delictis pertinentibus ad nostrum sacrum Tribunal Inquisitionis, ut alibi satis firmavimus.

Sup. hoc latè in to. 7. tr. 4. Ref. 38. §. in Ref. da est, tunc non statim, sed præmissis ordine Evangelicæ correctionis, ut inter te & ipsum solum admonere; si te non audierit, adducito tres testes, &c. Hæc Ref. 45. a Vasq. eandem doctrinam docent Pet. Navarr. lib. 2. Ref. 51. Ex cap. 4. n. 247. Reginal. lib. 2. n. 60. Clavis Regia lib. 1. 2. dictis. & in c. 14. n. 27. Navarrus in sum. c. 25. n. 40. Enriq. lib. 13. alio §. caru cap. 18. Lazar. in monit. sect. 2. q. 7. Praxis Neap. c. 2. n. 2. Sylvest. ver. Denunciatio q. 4. Sotus §. de iust. q. 5. art. 1. Ref. 3. §. Sed. Avila de cens. 2. p. disp. 5. c. 5. dub. 4. concl. 1. Suar. de cens. ad lin. 9. & disp. 20. sect. 3. n. 2. Filliuc. tr. 14. tom. 2. q. 1. & alij multi. Ratio est, quia Prælati non est obediendum contra Domini præceptum, qui eum ordinem servari præcipit. Et huic doctrinæ libenter adhæreo, exceptis tamen delictis pertinentibus ad nostrum sacrum Tribunal Inquisitionis, ut alibi satis firmavimus.

RESOL. LXI.

Quid dicendum de consensibus, & auxiliantibus, an & quando incidant in penas dictæ Bullæ Greg. XII? Ex p. 7. tr. 4. Ref. 13.

§. 1. **C**irca præsentem quæst. apponam verba Dicastrilli, quia Codex non ita facile invenitur, sic enim asserit, de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 6. dub. 7. n. 258. improbabiliter asserunt aliqui non ligari penes dantes auxilium, consilium, vel favorem effectum non secuto; quia scilicet istæ tres actiones tantummodo accessorie videntur prohiberi. Quoties autem aliqua actio accessoria videtur prohiberi sub censura, non videtur censura incurri effectum non secuto. Ita Molin. supra, vers. ad tres alias, Navar. sup. notab. 30. n. 43. Azor. q. 8. Farin. sup. n. 309. Imò Azor. putat dantem auxilium, vel consilium non affici his penis, nisi gratia obtenta sit; cum tamen Molin. & Navarr. citati (ut notavimus sup. q. 4. n. 168. in fine) doceant sufficere ut actio ad quam datum est consilium, auxilium, vel favor secuta fuerit, etiam si non sequatur effectus obtinendi gratiam, vel iustitiam. Hoc tamen ego non video quo fundamento dicatur, neque enim ex littera textus apparet verbum, ex quo colligi possit eas actiones secundario prohiberi, ita ut potius illæ requirant ut aliquis effectus sequatur. Verba enim textus sunt: Constitutionem prædictam cum suis censuris, & penis omnibus innovamus, easdemque omnes extendimus ad audientes qualescunque horum facinorum quæ adscripsimus, dantesque illis supradictis, auxilium, consilium, vel favorem. Sed eodem tenore verborum prohibetur dare auxilium, consilium, vel favorem; atque promittere, acceptare: ergo ex hoc capite æquè primò, & principaliter prohibentur hæ actiones, atque illæ. Ergo nisi ex alio capite excusentur, etiam incurrent penas effectum non secuto. Legantur quæ dicemus de Censuris disp. 1. n. 19. & locis ibi notatis.

2. Nihilominus licet sint hæ actiones principaliter prohibite adhuc non incurretur pena, nisi sequatur actio, ad quam tale consilium, auxilium, vel favor ordinabitur. Ratio est, non quia sunt prohibite per se, & principaliter: sed quia nisi ille alius, cui datur tale consilium, &c. non datur aliquid ex prædictis in Bulla. Supradicti enim erant dantes, accipientes, promittentes, acceptantes, &c. qualis non est qui consilium audiens, non acquiescit consilio, nec oblatum auxilium, vel favorem admittit. Hucusque Dicastrilli. vide etiam Bonacinam, tom. 3. disputat. 2. quæst. 3. punct. 3. n. 22.

RESOL. LXII.

An si quis ignorantia vincibili ne sciret penas huius Constitutionis, in illas incurreret? Et insertur committentem incestum homicidium voluntarium, raptum Virginis, sacrilegium cum Moniali, sodomian, & similia peccata, quibus annexa est reservatio, affici reservatione, etiam si hæc ignoretur.

Et quid de reservatione absolutiois eorum, qui male promoveantur ad Ordines, & similia? Ex p. 7. tract. 4. Ref. 14.

§. 1. **A**d hoc dubium sic responder Mazuchellus in tract. de cas. refer. disp. 2. q. 2. diff. 5. n. 16. ubi 33. & sic ait: Advertendum duplicis generis esse posse reservationem. Altera est quæ simpliciter fit, & ad bonam Ecclesiæ gubernationem refertur, ut videlicet graviora ex Re-